

80

SOLEMNIA NUPTIALIA,
Pranobilio, Strenui & Consultissimi

DOMINI

GEORGI TOBIÆ Delhaffen/

à Schölenbach/ Juris Licentiati, Patricij Norici, Ejusdemq;

Reip. Splendidissimæ designati Consiliarij,

S P O N S I,

VIRI

Nobilissimi, Perstrenui, Magnifici atq; Excellentissimi,

DN. TOBIÆ Delhaffen/ à Schölenbach/ JC. Patricij

Norici, Diversorum Imperij Statuum, præprimis vero dictæ Laudatissimæ

S.R. Imp. Civitatis Noribergensis Consiliarij, & hujus quidem Primarij,

ut & h. t. ad Deputatorum Comitia Ablegati, Universitatis

Altdorphinx ProCancellarij,

FILII,

Cum,

VIRGINE Nobilissima, Omnimq; Virtutum luminibus
maxime Conspicua,

SUSANNA CATHARINA,

VIRI quondam

Magnifici, Nobilissimi, Perstrenui,

DN. ESAIÆ GUMPELZHEIMERI, Consiliarij

Cæsarei & Saxo- Lauenburgici, Libere ac Imperalis Ratisponensis Reip.

Consularis, Ætarijq; Præfecti gravissimi, Virgine

FILIA, Sponsa.

Die Festivitatis XIV. Mai. A.S. MDC LXI.

Letis omnibus prosequuntur Amici.

RATISPOÑÆ.

Typis CHRISTOPHORI FISCHERI.

40.



1018406

1018406

• 5 I. 5 •

Uis mihi, vesani memorans mendacia vulgi,
Esse malum M A I O nubere mense, canit?
Mense malum Majo? quo Tellus nubit Olympo,
Et fit fœcundis imbribus aucta parens?
Mense malum Majo? quo cœli sidera nubunt,
Proliferum & quicquid terra vel unda tenet?
Udæ manè rosæ nubunt, suaq; oscula conchæ
Jungunt; & Majo nubere mense malum est?
Adspicis, ut volucres generatim secla propagent
Aëriæ; & Majo nubere mense malum est?
Ludunt per campos pecudes, perq; æquora pisces
Exultim; & Majo nubere mense malum est?
Omnia cùm nubant terrâq; , mariq; , poloq; ;
Aut nunquam, aut Majo nubere mense bonum est.
Immò, cùm talis tali se foedere jungit
Conjugij, quovis nubere mense bonum est.
Hoc precor, ut vobis Majus per secla perennet,
Lætaq; perpetui Tempora veris eant!
Felicem thalamum violæq; , crociq; , coronent,
Albaq; purpureis lilia mixta rosis!
Certer & autumnus pomis, & frugibus astas;
Aut veniat nunquam, aut sera, senilis hiems!

Añlochedius F.

Joh. Henricus Ursinus.

A 2

II. OEL.

OELHAFI, Themidos decus, Dicesq;
 URBS quem NORICA, quem vereatur omnis
 Dynasta Imperij, foveatq; amatq;,
 quis non prædicet hocce Te beatum
 Patrem nomine, cui datum superno
 binas NUMINE dotibus videre &
 Gnatas egregijs bonis politas
 felici thalamo piè locatas?
 auget gaudia FILIUS, paterna
 dum vestigia laude cum secunda
 virtutesq; premit, cluitq; claro
 Doctoris titulo, Favente JOVÂ,
 restat, connubio sibi pudicam.
 Sponsam jungere, quæ domum paternam
 multa prole beet, Patrisq; nomen
 propaget, vigeatq; pervetusta
 Gens OELHAFIA, Noridos per urbem.
 Hæc sunt dona DEI, VIRÔ verende,
 Almus quæ dedit è sinu benigno.

Grator propterea, pijsq; votis
 flecto NUMEN, ut hoc secundet, ornet,
 cœptuni connubium. Scio, favebit!

Nobiliss. Dn. Oelhausen, Fautori suo honorando,
 ob Filij nuptias ita ex animo
 gratulatur

ANDREAS Krannost.

III. Læ-

LÆtitiae calet O L L A O L E O, dum more lebetis
 Vicino dominæ servet ab igne sua.
 Quòq; magis servet, flammis magè fortior ipsis
 Bullit, & in medijs æstuat O L L A fociis.
 Suspensis onerata quidem laquearia fulgent
 Ignibus, & tædis, quas suus humor alit.
 Plus tamen ardet amor, pulcræq; à lumine Sponsæ
 Concipit occultas mente, quatitq; faces.
 Nec jam dissimulat tacitas sub pectore curas;
 Seria sunt posit is gaudia facta jocis,
 Qui tamen haut absunt; quid enim Cythereia mater
 Huic optet potius conciliare thoro?
 Quid, nisi Pegasei genitalia carmina coctus,
 Et faciles versus, innocuosq; tales?
 Arripit ipse lyram Phœbus pater, accinit omnis
 Turba Detum, & thalamis plaudit amica novis.
 Omnia vobiscum rident par nobile amantum,
 Quæ mare, quæ tellus, quæ Jovis aula tenet.
 Flora suas producit opes, violasq; corollis
 Implicat, & Paphias munera grata, rosas.
 Largam flava Ceres segétem molitur, Jæchhus
 Affundit plenis vina Falerna cadis.
 Exercet Diana choros, Venus oscula figit,
 Parvulus è pharetrâ spicula vibrat Amor.
 Juno domum curat, sacro Lucina cubili
 Präsidet, & vacuæ tempora noctis habet.
 Quid verò festivus Hymen? cui Numine ab omni
 Ceditur, exermi num vacat ille manu?
 Nil minus. en operi instantem, variâq; struentem
 Arte dolos! O L E O spicula tincta gerit.
 Vulnera ne noceant, hoc Sponsam decipit astu,
 Cuspide ne lædat, fallere tentat Amor.

Ingenium fortuna juvat, successibus auger
Illita virginis tela recepta sinu.
Hæc casto defixa manent in corde puellæ,
Et doctâ evelli non potuere manu.
Pro Medico nunc Sponsus adest, plagaq; sagittam
Eximit, & curæ præmia solus habet.
Ipsaq; jam propiore oculo sua vulnera Virgo
Respicit, ac nollet non potuisse capi.
Tantus amor Sponsi, atq; O L E I fragrantia tanta,
Lætitiae ut patrios impleat O L L A lares!
Impleat illa diu, claraq; à stirpe Nepotes
Majorum referant continentq; decus.
Sic, pro Romulidum lauris victricibus, olim
Præcingat Sponsi mitis O L I V A caput.

*Coniunctissime fidei
erga Nobilis. Neonymphos certissimum
monumentum pos.*

JO. ALBERTUS PORTNERUS
Sereniss. Duc. Würtemberg. Consiliarius,
Reip. Ratisbon. Senator, eidemq;
à Consilijs.

L E ciel a donc changé, & apres tant d'orages
Qu'il a fondu sur nous, apres toutes les marques
De son aversion, & du destin des Parques
Par des nouveaux bienfaicts repare ses outrages.
Il n'a plus aujourd'huy ces tristes influences,
Qu'il monstrroit cydeuant; ses inclinations
Ne sont que pour servir à nos intentions,
Et pour guerir les cœurs de toutes les souffrances.

Que

Que Vous en semble - il Phyllis ? & cher Amynte
Qu'en dites vous ? voicy les precieux moments
Du jour tant souhaitte pour vos contentements,
Qui surpasse en beauté celle des Hyacinthes.

Vous estez à bout de tout ; le temps vous favorise,
Les Astres de vos voeux secondent les desirs,
La terre de ses fleurs couronne vos plaisirs,
Tout est parachevé sans beaucoup de remise.

Les neuf soeurs qui jadis habitoient le Parnasse,
Où elles n'ont plus rien, depuis que l' Ottoman
Les en a fait sortir avec son Alcoran,
Vous vont feliciter du milieu de la Thrace.

Tout rit avecque vous, & vostre allegresse,
Se repand aisément par tous les endroicts,
Et dans les grands chemins, comme dans les estroits
On chante vos amours à pleine voix sans cesse.

Le petit Cupidon apres que de ses flesches
Il a heureusement donné dedans vos coeurs,
Vient compter à sa Mere vos aimables chaleurs,
Et laisse à l' Hymen le reste de ses bréches.

Cettuyicy scéait son dévoir, & pour vous faire apprendre
Le vostre comme il faut, demande les huis clos,
La chambre pour vous seuls, quelqu' heure de repos,
Et Vous ne manquerez bien tost de vous y rendre.

Faict pour assurer les nouveaux mariez
de ses obéissances
Par

Le mesme.

IV.Sic

Sic patriæ fines; sic dulcia linquitis arva,
 Turba puellarum, præfertur Norica tellus
 Vobis, indigetumq; minus spectatis amores?
 O feralis hymen! patrijs Cypris exulat oris,
 Et nunc cognatis egressa penatibus urbem
 SPONS A fugit, fitq; externæ pars optima stirpis.
 Publica res agitur, nî malint reddere quondam
 Par jus, si qua leves sensere cupidinis arcus
 Saucia corda, paresq; aliunde exposcere prædas
 Si cessent: spondente D E O, cui vincula curæ
 Omnis amans audet, singit bona somnia, & arti
 Credulus ipse suæ, constante in amore triumphat.

*integerrimi affectus monumentum cum voto
 omnigena benedictionis pos:*

J. C. LENZ, Serenissimi Principis Marchionis
 Brauden. Onold: & Reip; Patriæ
 Consiliarius.

Q uis vetet, O EL HAFI, elogio indulgere beati
 Nominis, & vestram stringere laude Domum?
 Nobilitas Generis, series ab origine longa
 Majorum decorant, Fama perennis eam.
 Nam sua cùm Marti, sua cum commercia Phœbo
 Gens OL HAFIADES commodat, alta cluit.

Hinc tot & elogijs, titulis tot nomina Avorum
Splendent, atq; Patris nescia facta mori,
Prælargos meritis horum & Virtutis avitis
Cæsareæ plausus attribuere manus.
Dùm Privilegijs septem de Stirpe Monarchæ
Austriacâ genus hoc magnificare student.
Diverso hinc gaudent mactati O E L H A F I honore,
Immunes oneris munia plura tenent.
Disfluat in laudes doctus Prætorius, olim
Majores S I X T I , qui cecinitq; torum.
Verba modis Draco, numeris Höflichius aptent,
J A N I C H R I S T O P H O R I quēis celebratur honos.
Astq; novum dūm ordiris iter, Prænobilis, ardor
Virtutis qui Te Fataq;, Sponse, trahunt,
Ex voto Tibi fit, quicquid Fortuna reponit;
Materies semper vatibus apta foret.
Cūi Themis applaudit, Pallas, Venus oscula figunt,
Junonisq; Favor divite dicat ope,
Sors ridet, Famæ fulgor cumulatur ubiq;,
Et seriem Soboljs larga Fluona dabit.
Quis vetet, O E L H A F I , lœtari quemlibet inde
Tecum, & Fortunæ sic benè velle tuæ?
Gratulor; annumeret Tibi provida plurima Cœli
Mens, seclis memores postgenitiq; canant!

Observantia ergò gratul. & offic. allu.
debat Ratisbonæ

J OHANNES H ELWIG Phil. & Medicinæ Doctor,
p. t. Eminentissimo ac Illustrissimo Cardinali
W ARTENBERG à consilij s medicis.

Hr Edel Liebes Par/das Gott an heut erwehlet/
zu treten in den Standt/der seine Jahre zehlet
Noch aus dem Paradis/nach seiner Würdigkeit:
Ich wünsche Euch von Gott/dass Ihr drin' lebt einfreit
Von Sorg und Kummernis/welchs eins von besten Gaben/
Die man in diser Welt/auff Erden hie kan haben.
Er geb Euch so vil Glücks/ als der Men Blumen tregt/
Mehr Wohlfaert/ als die Euspi der frenen Vögel hegt.
Bescher Euch Leibes Frucht/ und lasse Euch erwerben
Alls' was euch nützlich ist/und dann in Christo sterben:
Wen Ihr seit alt und kalt/ so bring Er Euch zu Ruh/
Diss wünsch ich zum Beschluss/Gott geb das Amen zu.

zu Dienst schuldigen Ehren verfertige
diss wenige

M A T T H E U S S chmoll/ Evange-
lischer Prediger.

Venit læta dies & amici Syderis hora
Tandem, S P O N S E, mihi multum-venerande colende!
Illa dies, T E R -Felicem quærite M A R I T U M
Te facit, atq; novos meditatur macte favores:
Nuper Sacra T H E M I S summos tibi cessit H O N O R E S;
Nunc quoq; diva parat per-dulces C Y P R I S A M O R E S.
Nobile fers, Veneris S P O L I U M Themidosq;, Süavi
Compede conjunguntur H O N O S A M O R atq; Jugalis.
Est ut amoris honos amor & sic fructus honoris:
Uxor amica V I R I summo splendescit H O N O R E,
V I R contra à C o s t à flagrante sovetur A M O R E,
Costa nihil sine honore Viri, sine amore maritus
Est nihil; hinc H O N O R hinc & A M O R sibi suavia figunt,
C O M P A R I S ac instar Venus amplexatur honorem.

U N U M ergo hoc sponsis Votum superaddo novellis!
Crescat HONOR, sobolescat AMOR, florescat in ævum
Oelhaiæ stirpis, multis laudata propago.

f. M. JOH. GEORG Lang.

¶ VIII. ¶

Ex Proverb. Salomonis Cap. xxx. 18. 19.

Συηπίσχος Σολομών, σοφίας ἐγκυδέος αὐτῆς
ἰχνεα τε τὸ δέλτα, ἐνὶ πέρι υγρηκελένθωτ
ἀκείας πλέουγας ψυχερήσις ἀνέμοισι πελῶνται,
καὶ ἐπὶ τὸ πτέρυγα ὁ φεως απελέθροι διμον,
ἡδὲ τειβάς βάρειδος σεινωπάς ποντοποέσσοις,
καὶ φωτός περιεργός ὁδὸν ἐν τοιούτῃ αἷγανη,
γνωστὰ εἶται ἀγνεῖται· ομοδήλοις αὐδερέσσιν ιερήσις,
τῷ μεριμνηζει φρεσὶ τάντα, δέδωκεν αἴφορον.
εἰπε μοι, ἐν καρη τοι αἴπειρκτω κυθερείης
ἐξίν ὁδός; πέλεται γλυκερὸν κατακαρδιον ἔλκαι,
φίνι, θαυμαστὰ δέμη, υψίστα ἄγοιος,
πολλάχι ὑπέρχονται τῷ δέσμωντι μερέσθενι,
τιμών ἀνθεώποις καὶ αἴδανάτοισι θεοῖσι,
πρέσθε μὴ ὁ φενίες καὶ μήποτι ἀκρομέν' ἐταῦροι.
Σὺ Μνησήρ, παρέχεις λαμπρὸν παράδειγμα ἀπαγγιν,
δικαδέτην ἄγνωστον ἄγων ποιῶντες ἀκοῖν
πιερθένον, ἀκμαίνην πρέσθεια καὶ ἔργα μελαθρεύει,
τιμητὸν ἔγω φιλίαν περικαλλέσσευχομ', ἐπειτα
θελξίνον γνωσσιν, παρέπεις τὸ κύπεριδος ἐθλάτε,
καὶ τέλος ἐν φεστύνην ἐνι αἴγυρεις ειδεῖς ζωῆ!

f. οἱ ἐνΦημίζων

M. JOH. CHRISTOPH. Wider
Gymnasij Poëtici Rector.

Eh wigs/ dann wags.

Wann der kleine Bogen **A**
Amor auff zwey Herzen zielt/
und mit seiner Pfeile Spitz
durch Kunst Gottes auff sie spielt;
Last **Eh wigs dann wags** Euch lieben/
So wird Unglück nicht betrüben.

Geh zu vorderst auff die **T's**
und geruhet wol zu wägen/
was da sey der Hochzeit Tag/
da man Liebe pflegt zu hagen/
Thut dem Himmel Seufzer schicken/
umb mit Gnad Euch anzublicken.

Habt Ihr die/ seit unverzagt/
Eine **A** wird sich finden/
die das Lieben mit euch **wagt**/
und den Last hilfft überwinden/
Nichts **A** gängig solle werden/
was Ihr vornehmt hie auff Erden.

A und **A**
mit dem **A** wird von Euch gehen/
Gott der Euer grosser Lohn
lest die Zeichen Euch nicht sehen/
dann Gifft Born/ und grausam grimmēn
wil den Frommen nicht gezinnen.

Se gibt der 
Euren Leib damit zu speisen/
und der droben alles kan/
Kan Euch Eltern  weisen/
Mit Euch gehe auff und nider
Seine Gnad/ das wünscht der 

Mit schuldiger Ehrbietens geflissenheit.

as X. se

O EL H A F I, Divæ Laus non moritura Themistos,
Pieridum & Patriæ, portio clara, Chori.

Ut vidi, & fando percepi, velle subire

T E duraturi vincula grata thori,
Eccur non valuit, dixi, vitare sagittas

Idaliae, Themidos quem pius ardor habet ?
Audit Diva potens, ridens nostrosq; susurros

An nescis, dixit, subdita cuncta mihi ?
Ipse meo fasces submittit Jupiter igni,

quos nescit Mavors vincere, vincit A M O R.
Miraris ? Themidos qui sacra frequenter obivit,

hunc decet & Veneris blanda sequi imperia.
Utraq; Diva favet Tibi S P O N S E ; secundet amores

Ipse D E U S , variâ prosperitate beet.

Nobiliss. & Consultiss. Dr. Sponse
honori F. O. E. fac.

M. C H R I S T O P H - A D A M U S Rüdius
Ecclesiae orthod. in Patriâ Minister.

TRITA frequensq; via est per vulgi fallere du&ctum
 Et falli, quamvis credita nulla probet.
 Improbus ipse bonas arrodens dente maligno,
 Mense malas Majo nubere vulgus ait.
 Fallitur & fallit. sunt quævis tempora tædis.
 Aptæ, quid in mores tempora juris habent?
 Sunt bona, quæ mittit cœlesti Numen ab arce,
 Sic bona, quæ thalamo Sponse colende venit.
 Sive decus formæ speces, aut munera mentis,
 Aut fortis, Sponsæ laus bonitatis erit.
 Nam vivus micat ore nitor, sic lumina flagrant,
 Cincta supercilijs lumina amica suis:
 Qualiter astrorum Cœlo Regina sereno
 Luna repercussis nocte resulget aquis.
 Florida nativos comitatur gratia mores,
 Pone subit roseus, subse quiturq; decor.
 Scilicet ingenuo cunctas in pectori dotes,
 Casta quibus laudem virgo meretur, habet.
 Nec generis splendore caret, sed fortis amicæ
 Munera inexhausto fonte beata fluunt.
 Inunc, atq; tuis dicas ignobile vulgus,
 Mense bonas Majo nubere, Sponsa docet.
 Uttere Sponse bono, thalami Par Nobile vestri,
 Ominor, & posthac experiere bona.
 Quando suam proles ridebit blandula matrem,
 Et referet Patrem natus, Avumq; nepos.

Boni ominis & Honoris E. scr.

J. S. Æschingerus.

XII. Geniſſ.

Gewisslich meine Reiz gibt grosse Freudigkeit/
 dieweil sie funden hat/ was mich nun stets erfreut.
 Ein Zweiglein ist der Schatz/ den ich mit freud geschenet
 nicht weit vom Donaufluß. Ach wie ist mir geschehen!
 Mein Delbaum dorret auf/ wann mich nicht dessen Safft
 Erquicket und begießt mit süsser Liebeskraft.
 Ach Wurzel freue dich/ dein grosses Lieb verlangen
 wird heut mit süßen Saffe vil Liebeskraft empfangen/
 Der Zweige soll hinsort durch Liebesband allein
 Ein Zweiglein des Delbaums und meines Herzen seyn.
 dann ich will freudig nun an jenen Orth hingehen/
 zubrechen disen Zweig mich kühnlich unterstehen.
 Ich wills verzichten wol mit starker Liebsbegierd/
 der keine Macht und Gewalt sich widersetzen wird.
 Mein Herz der Hafen sey/ mein Zweiglein wil ich fassen/
 zusezen in mein Herz durch Liebe nicht ablassen.
 Damit der süsse Safft könne' reichlich herab fliessen/
 Und meiner Wurzel grund je mehr und mehr begießen.

O. E. G. F.

M. JOH. GEORG. Hüettel.

Euge solennes meditare Musa
 barbito plausus, Hymenemq; voce
 psalle jucundā, eane læta faustis
 carmina nuptis.

Exulent

Exulent flammæ procul hinc Megæræ,
alma pax tædas teneat jugales,
floribus sternat roseis Thalia
inclita lectum.

Firmet hoc fœdus D E U S ipse vestrum.
firmet hoc votum D E U S ipse nostrum,
& toro natos faciat tenellos

surgere vestro.

Hæc pauca Perstren : Nobiliss. Dn. Sponsō
gratulabundus apposuit,

GEORG. RÜDIGER
Scheib, Misn.

¶ XIV. §

C Arminè cantarem lecti tua fœdera, S P O N S E ,
Carmina sed puero scribere Musa negat.
Paucis gratabor : Thalami benè fœdera cedant;
Sint procul à tædis tædia, luctus, Eris.
Assistant Charites, niveis Pax advolet alis,
Prosperet hæc vestri vincula casta tori.
Augeat ipse D E U S numerosa prole Sororem,
Augeat, ut vites pensilis uva suas.

Honoris & congratulationis
ergo f.

J OH : A L B E R T U S G um-
pelzhaimer.

XV. Post

P Oſt tenebras aurora micat, poſt triftia ſata
 Fata benigna ruunt, vota, vota fluunt.
 Ambiſt antē fore, munis lethale, cupreſſus,
 Ambiſt, aſt ridet nunc Oleaster q̄s.
 Scilicet h̄is Natura vices, has fata dedēunt,
 Nec bona ſemper erunt, nec mala ſemper erunt.
 G U M P E L Z H E I M E R U S, patriæ qui commoda juvit,
 Decrementa necis paſſus iniqua, jacet.
 Sic jaceat! at nunquam laudum monumenta jacobunt,
 Aucta perennabunt nomina celſa domūs.
 Quæq; midò trifti minitata procella ruinam,
 Subſedit, redeunt ſidera clara polo.
 Mitigat impressos olei medicina dolores,
 Quā potius nihil eſt, utiliusq; nihil.
 O qualis Medicus! qualis medicina paratur!
 O quanti & qualia uis olei iſta fuit!
 Non vulgare oleum, plebeijſ quales ſub horruſa
 Nascitur incompti, hoc mihi crede, fuit;
 Quale ſed alma NORIS plantavit, quale rigavit
 P E G N I S U S: tantâ nobilitate fuit.
 Olim T O B I A S Delphini ſelle paternis
 Virtutem amissam luminibus retulit.
 At nunc alter adeſt T O B I A S, fertq; ſalutem
 Accendens oleo lumina ſuncta ſuo.
 Quare, quā meruit, decerpit commoda dextrā,
 Virgo datur, tali Virgo locanda Viro,
 Quæ, ne fracta ruat nimis oleagina ventus,
 Suffulcire eadens ſedula poſſe onus.

*Felix Virgo fuit, felix olearius iste,
Felices ambo, quos bona tanta manent !*
QUARE. HORTIS VIREAT. FELIX. OLEASTER. AMOENIS.
ET. LENIS. LENEM. MITIGET. AURA. DIEM.
NON. HUNC. ÆOLII. FLUCTUS. RUCTUSQUE. FATIGENT.
SIT. SUFFULTA. QUIES. SIT. SINE. NUBE. DIES !

*Prænobilis, strenui & Consultiss.
Dn. Sponsi, &c.*

*Patroni devenerandi Gamelis
pangeb.*

GEORG-CHRISTOPH. Hansemann.

¶ XVI. ¶

*F*ugata tandem sic superum favor
Splendore luctus nubila discutit,
Funusq; plorandum Parentis
munere restituit Mariti.

En ! tæda faustos pronuba ferreo
Surgit subignes foedere, cinctibus
faces Hydaspeus Gabinis
Legitimas Hymenæus ornat.

Ducunt canoræ carmina tibiæ,
Jactata festos nux crepitat sonos.

Jocisq; permisis soluti
ingeminant juvenes Thalassum.

Quin

Quin ergò nobis gratior it dies !
attolle Titan auricomum jubar,
Coruscus affulge, D E O R U M
dona tuo cumula favore.

Conne^cte Myrto nunc age Cypriæ
Lauros, sacratum Pieridum decus,
Castam coronis impedire
nunc decet ô Erycina frontem !

Huc sterne lectos Euphrosyne rosis,
Aglaja firmis pectora nexibus
Conjunge non frangenda, Zonam
Solve Thalia diu ligatam.

Fortes creentur fortibus & bonis,
Sit in creatis floridior Patrum
Virtus, nec educant probatæ
Degeneres Aquilæ columbas.

Afflet benigno sidere Jupiter,
quos jungit alto copula fœdere
irrupta, nec rumpenda, Cajum &
Vincla tenent ubi fida Cajam.

Sic inde junctos Geryoni pares,
quos nec stupendus proruat Hercules,

dicam,

dicam, nec invisus Typhocu^s,
neve Mimas metuendus astris.

Omine hoc N o B. Spons. honores
Nuptiales prosequitur.

PAULUS PÜCHLER Rat.

¶ XVII. ¶

P Rospera quæq; precor, Christoq; sit auspice felix
Hæc, pia S P O N S A, dies, luctus & omnis eat.

Luctus eat tristis, curæ veteresq; recedant,
gaudia solennes excipientq; faces.

Vestra simul teneant æquales pectora flammæ,
Mutua sit vobis cura, sit æquus amor.

Vivite felices! D E U S & vos prole parentes
Felici faciat, prosperet atq; beet.

Nestoreos vivas annos Amplissime S P O N S E,
Vive Sibyllæos S P O N S A decora dies.

Debita observantie testanda ergo
posuit hoc

JOHANNES FRIDERICUS Freuden.
hoffer, Poson,

F I N I S.